

mundū diuulgatū erat: excogitauit figmento legis cuiusdam  
 quasi medie inter nouū & vetus testamentū/ mundū deciperet.  
 Et ut hoc ad effectū deduceret: assumpsit hominē quendā  
 diabolū/ nomine Mahometū: religione idolatrā: fortuna pau-  
 perem: mente supbum: maleficijs celebrē. Et quidē libentius  
 Mahome- assūpsisset diabolus hoīem bonę famę: si hoc ei pmissū esset  
 ti cōditio. sicuti & libentius temptasset hominē per aliud animal/ in quo  
 amplius ipsius maleficia celarent/ q̄ per serpentē. Sed nō per-  
 misit diuina sapientia/ nisi ut tale animal assumeret: & per ta-  
 lem hominē mundū inuaderet: ut ipse mūdus facile posset cō-  
 siderare/ qualis lex illa esset quę per talem legislatorē data est  
 Superato igit̄ Chosroe a p̄dicto Heraclio: & translata san-  
 Translatō cta cruce in Hierusalē cū triūpho/ sexcentesimo vicesimo an-  
 crucis xp̄i no ab incarnatione dñi: decimo quinto autē imperij Heraclij  
 in hierl̄m. apparuit quidā Mahometus arabs: qui primū diues factus p̄  
 Mahome- quandā viduam/ quā in uxorē duxit: Et post hęc princeps la-  
 ti status. tronū factus: in tantam prupit superbiā/ ut & rex Arabū fieri  
 voluerit. Sed quia ipsi non susceperunt eū: quia de genere &  
 opinione vilis erat: finxit se esse prophetam. Et cum comitali  
 morbo laboraret: ne firmiter quis eo detētus esse crederet/ cō-  
 tinue cadēs: dicebat angelū cum eo colloqui. Dabat autē post  
 hęc responsiones quasdā: quas/ ut dixit: audiebat quasi p̄ mo-  
 dum campanę circūsonantis auribus eius. Et quia idiota erat  
 & illitteratus: dedit ei diabolus socios proprios & quosdā hęc  
 Qui pri- reticos/ & iudeos & christianos similiter hereticos/ Adhesit em̄  
 mū adhe- ei quidā iacobita/ noīe Bairā: & durauit cū Mahometo usq; ad  
 ferunt Ma mortem. Ferturq; q̄ mahometus postea/ nihil fecit. Sed & iu-  
 hometo. deī quidā: Phinees videlicet & Audia: noīe Salon / post hęc  
 autem Audala dictus: & Selem: Qui etiam facti sunt saraceni  
 Nestoria- Et quidam Nestoriani: qui maxime cū saracenis conueniunt  
 ni qd sen- dicētes: q̄ deus nō est natus de beata virgine/ sed homo Iesus  
 tiant. christus. Et tūc composuit Mahometus quēdā in modū legis  
 per socios: assumens quēdā quidē a veteri/ quēdā autem a no-  
 uo testamēto. Non tamē tunc populus habebat Alcoranum.  
 Dicitur tñ in eorum historijs: q̄ Mahometus dicit: Descendit  
 ad me Alcoranū in septem viris: & quicquid est satis/ sufficit.  
 Dicunt autē hos fuisse: Naphe & Eon/ Omar/ Omra/ Eleesar: